UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfi Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XVIII. Charta agnationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Visual Library

tra hanc commutationem pars cõtra parem ſuum venire conauerit, inferat pars pari ſuo, iſta tota ſeruata, vna cum ſocio fiſco, auri vncias tantas, & pręſentes commutationes duæ vno tenore conſcriptæ, omni tempore firmæ & inuiolatæ permaneant.

XVIII. *CHARTA AGNAtionis.*

FOeminę illi, ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter te per voluntatem tuam ſeruus iuris mei, nomine ille, ad coniugium ſociauit vxorem: vnde te vel procreationem tuam in ſeruitio inclinare potueram. Sed mihi præpatuit voluntas pleniſſima, vt talem epiſtolam donationis in te fieri & adfirmare rogarem: vt ſi aliqua procreatio filiorum, aut filiarum ex te nata, vel procreata fuerit, ſub integra in-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

genuitate, cum omni peculiari eorum valeant Chriſto propitio laborare; ceſſum habeat, & nulli heredũ ac proheredum meorum nullũ impēdat ſeruitium, nec hominium, vel patronatus obſequium, niſi ſoli Deo cui omnia ſubiecta ſunt. Teſtamentum etiam faciendi, defenſionem verò vel mundeburdem, Eccleſiarũ aut bonorũ hominũ vbicumque eligere voluerit, licentiã habeat ad conquirendum. Si quis vero, quod nec fieri credo, ſi ego ipſe, aut vllus de heredibus meis vel quælibet vlla oppoſita perſona, quæ contra hanc epiſtolam agnationis venire conauerit, inferat ei cui litem intulerit, iſta tota ſeruata, vna cum ſocio fiſco, auri vncias tantas, & præſens agnatio omni tempore firma permaneat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN